

*Bernhard von Waging an NvK. Er entschuldigt sich für den durch widrige Umstände erst verspätet abgesandten Bericht. Es sei kein geeigneter Bote verfügbar gewesen. Außerdem habe er vergeblich auf weitere Nachrichten gewartet. Er berichtet ausführlich von einem Treffen in Andechs, bei dem außer ihm nur Hz. Albrecht, der Propst von Ilmmünster und Abt Kaspar Aindorffer anwesend waren, und bei dem der Plan des NvK, zugunsten eines wittelsbachischen Prinzen zu resignieren, erörtert wurde. Der Hz. habe sich erfreut gezeigt, zweifte jedoch, ob sich die zu erwartenden Differenzen mit Hz. Sigismund und dem Hl. Stuhl ausräumen lassen.*

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697 f. 66<sup>ro</sup>.

Druck: Vansteenberghe, Autour 155-157 Nr. 31; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 174, 176.

Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente I 175, 177.

Erw.: Jäger, Streit I 138-140; Wessinger, Kaspar Aindorffer 213f.; Schmitt, Hans Hartliebs mantische Schriften 277; Meuthen, Wittelsbacher 10; Baum, Sigmund der Münzreiche 149; Rinser, Tegernseer Kosmos 212.

Rev<sup>me</sup> et graciosissime pater in Jhesu crucifixo, sed nunc glorificato, cum recommendacione humilima necnon oracionibus quotidianis ac utinam devotis me ipsum, prout possum, totaliter ac totum.

Cum sero factum esset hac die sabbati, que dicitur in albis<sup>1)</sup>, et iuxta morem fores essent clause hora sylentii et quietis iamque ad repausandum devoti membra componerent, venit frater nuntius ad reverendum abbatem. Preter solitum venire me iussit, qui vestre r. p. pauca, sed admodum grata michi offerens, scripta, quietem interrupit, nam illico in eadem hora hec scripta incipiens et crastino completere proponebas, moram in respondendo vitavi, siquidem vestre reverendissime paternitati, quam fecerim expeditio nem in michi tanta confidencia, tamque sinceriter commissis, diu notificare cupivi, sed nuntium ad placitum habere nequivi. Proinde doleo valde, quod vestre r. p. animum ute(r)que N.<sup>2)</sup> tam diu suspendit, quos tamen ambos instantissime sollicitavi, ut quam citius, et si non plene ad votum, darent tamen, prout 10 melius possent, responsum.

Nempe dum ego salvus, deo laus, ad patrem et fratres redisem dominica „Letare“ in medio xl<sup>me</sup> (16. März) cum domino meo abbe reverendo, qui unacum aliis plurimis prelatis<sup>3)</sup> ad montem Andechs vocatus<sup>4)</sup>, etiam ego adveneram moxque in primo aggressu dominum prepositum<sup>5)</sup> etc. etiam ibi presentem traxi ad partem, qui tunc plenam dare audientiam non potuit, sed terminum prefixit. Interim ego 15 cum aliis intrans ecclesiam, ubi in presentia illustris principis etc. cantabantur vespere, cui ex industria ab eo videndus non longe astiti; a quo tandem visus, sum statim vocatus et inter verba unum, quod corde gestabam, latenter insinuavi, dicens, qualiter a vestra r. p. haberem in commisso aliqua etc., petens, ut michi ad ea exponenda assignaret sua gracia tempus et locum. Itaque, post finem tractuum<sup>6)</sup>, mane diei sequentis, ipse idem illustris princeps etc., sui memor et mei, ad locum secretum vocavit una cum 20 domino abbe meo rev<sup>do</sup> dominum prepositum et me, alium autem neminem. Sane dominum meum abbatem, qui est alter ego, excludere non debui, cum eciam ipse dominus princeps hoc ipsum peteret, et antecedenter eiusdem querens secretum consilium, vestre r. p. voluntatem, quam antea sciverat, sub confidencia singulari eidem notificarat.

Nobis igitur 4<sup>or</sup> sub clausura ut sic in simul existentibus, primo litteram credentialem obtuli; tandem 25 narracionem incipiens vestre r. p. cedula memoriam ad manus recepi, et per ordinem singula diligenter exposui. Fuit gratissimus ipse dominus N. et plurimum iocundus, cui etiam ipsius cedule, ut petebatur, tradidi rescriptum, manum tamen michi notam et deo sacram apud meipsum reservans. Interea, quia ex parte alterius principis N. difficultas imminet et impedimentum obstat, quia id ipsum non sapiunt ambo, ita quod de dieta concordie dubium manebat, si fieret vel ne, et maxime quando; ideo alia et alia, 30 tam ipse dominus quam alii presentes tunc proferebant consilia, non tamen cedula penitus difformia neque impertinentia. Insuper proponebat ipse dominus princeps N. apud alium principem N. attemtare modos et querere eiusque cancellarium ad se vocare, atque per ipsius medium, quia potens est, obtainere, quod wlt ipsum alium principem flectere atque sibi ad finem concordare; et tunc iuxta vestre r. p.

<sup>1)</sup> vitavi: curavi Vansteenberghe, Baum/Senoner. <sup>13</sup> prelatis: em. pre prelatis. <sup>21</sup> domino: ü.d.Z. <sup>28</sup> reservans: servans Vansteenberghe, Baum/Senoner. <sup>34</sup> wlt: vellet Vansteenberghe, Baum/Senoner.

35 intentum dominum prepositum dirigere ad faciendum conclusionem, preterea ad sanctam sedem apostolicam eudem transmittere etc.

Ibidem inter nos tractata, quia effectu carent, opus scribere non est, sed ego putabam, quod ipsi, quos precipue res tangit, et de quorum profectu et honore intenditur, non ita segniter essent acturi. Ego in crastino, scilicet feria secunda post dominicam ‚Letare‘ (17. März), cum d. preposito Monacum transivi, et  
40 per viam negotium eidem artius inculcare studui atque diligentius sollicitandum recommendavi, qui eciam michi bene promisit; sed ex post nichil audivi etc.

frater Bernardus, prior in Tegernsee

---

<sup>1)</sup> *Der Samstag vor Ostern (5. April 1455).*

<sup>2)</sup> Nämlich Hzg. Albrecht III. von Bayern-München und sein Vertrauter Propst Konrad Sieber von Ilmmünster, von denen sich Bernhard näherte Auskünfte erhoffte; s.u. Z. 40f. Vgl. Nr. 4275, 4301. Die Namen der Fürsten werden im Brief bzgl. in dessen Abschrift offenbar bewusst nicht offen genannt. S. auch Z. 32.

<sup>3)</sup> Aufzählung der bei der Einweihung des Klosters Andechs anwesenden Prälaten und Adligen bei C. Meichelbeck, *Chronicon Benedictiburani I*, Benedictbeuern 1752, 187; Gut, Albrecht III. 98.

<sup>4)</sup> Kaspar Aindorffer und Bernhard von Waging waren nach Andechs gereist, um der Einweihung des neu gegründeten Klosters beizuwohnen, welche am 17. März 1455 stattfand; vgl. Kraft, Andechser Studien 211; Gut, Albrecht III. 97f.; W. Störmer, *Die Wittelsbacher, Gründer und Wohltäter des Klosters*, in: Bosl u.a., Andechs 53-63, hier 57; Rinser, Tegernseer Kosmos 212; Märkl, Albrecht III. 21. Wie sich aus Meichelbeck, *Historia Frisingensis II* 245 und ders., *Chronicon Benedictiburani I* 186f., ergibt, batte Abt Wilhelm von Benediktbeuern am 24. Februar 1455 zu diesem Ereignis geladen. Vgl. auch Gut, Albrecht III. 97. Irrig ist hingegen die Angabe bei A. Reichbold, *Chronik von Scheyern*. Von den ersten Anfängen bis zur Gegenwart, Weissenborn 1998, 196, wonach NvK den Abt Wilhelm Kienberger von Scheyern zur Einweihung des Klosters Andechs eingeladen habe. Wie sich auch aus Nr. 4303 ergibt, war NvK an der Einweihungsfeier nicht beteiligt. Erstaunlicherweise erwähnt Waging die Einweihungszeremonie selbst mit keinem Wort.

<sup>5)</sup> Konrad Sieber († 1467), Propst von Ilmmünster, einer der engsten Vertrauten Hzg. Albrechts. Zu ihm vgl. P. Pfister, *Das Kollegiatstift Ilmmünster, Pfaffenhofen* 1981, 104-106; Lucha, *Kanzleischriftgut* 261f.

<sup>6)</sup> *Tractus, Psalmengesang ohne Kehrvers.*